Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Theologia universalis - Cod. Ettenheim-Münster 337

[S.l.], 1750-1751

Praeloquium

urn:nbn:de:bsz:31-131803

Visual Library

V

Præloquium

Hactenus quasi in ipso limine theologicæ tractationis prolusimus, dum locos theologicos unde omnia quæ ad stabiliendas quaslibet in theologia occurrentes quæstiones ac scientias adhibentur argumenta, velut è suis fontibus fluunt eruuntur, satis expendimus, juvat nunc interiores hujus divinæ scientiæ aditus ac recessus, quantum humana patitur tenuitas Deo adjuvante penetrare; in quâ sicut nihil à nobis omittetur quo ad quæstiones ac quæstiones, quæ vel minimum apud antiquos sortita fuerint monumentum, aut ad fidei nostræ dogmata contra hæreticorum insidias vindicanda utiles erunt ac necessaria, ita, ne è quæstionibus aliis ad exercitationem excogitatis candidatos aliquid lateat ex iis penitiores, licet à sanctis patribus permissas intactas non relinquemus porro hoc tomo ab illis tractatibus initium sumemus, qui augustiores præ cæteris esse dignoscuntur, utpote Deum ipsum, Christi humanitatem ejusque gratiam spectantes.